

Sap. 7. 16. In manu illius & nos, & omnes sermones nostri. Et Eccles. 17. 5. Concilium (id est, vim cogitandi & deliberandi) & linguam (id est, loquendi potentiam) dedit illis. Ut quod mens per consilium deliberavit, id lingua excipiat, proferat, aliisque communicet. Unde sicut solis hominibus data est lingua, sermo- lium, ita & illis solis data est lingua, sermo- que articulatus. Si ergo in Dei potestate vo- cis internae & externae formandae, sermoci- nandi facultas est, hac ipse facultate carebit cum locutio interna sit intellectualis operatio absque imperfectione. Simili argumento, etsi dissimili metaphora Deus Pater apud Isai. 66. 9. aiebat: Numquid qui alios parere facio, ipse non pariam? Et qui generationem ceteris tri- bus, sterilis ero? Ore igitur aeternus Parens utitur, intellectiva videlicet facultate, qua intelligat, loquatur, filiusque prodeat geni- tus. Illi utique decus, lingua regnumque lo- quendi concedendum, ut dicebat Manil. lib. 4. c. 3. qui etiam regnum oris sapientibus Athe- nis adscribebat. 306 Rursus, haec ipsa verba, Ego ex ore Altissimi prodivi, multipliciter aeternam Filii nativitatem commendat, juxta multiplicem prodeundi ab ore paterno rationem. Enimve- ro cum oris metaphora (ut supra diximus) pa- ternum intellectum designet, dicendum in pri- mis, ex eo quod secunda Triados persona ex ore Altissimi prodeat, prodire omnino ut sa- pientiam genitam, notionalem, seu personalem, immediate, non a natura divina, sed ab ore, id est, intellectu paterno. Sic enim apud Eccle- siae Patres, & Doctores Theologos Sapientia multoties supponitur pro ipsa persona Filii, ut videre est in egregio, immensaque eruditio- nis de Trinitate opere nostri Didaci Ruiz dis- put. 58. sect. 4. firmaturque nostri Ecclesiasti- ci verbis, ubi aeterna Sapientia de se ait: Ego ex ore Altissimi prodivi, &c. Et quemadmo- dum fluentem sermonis, quod ministerio linguae ad exteriora deducitur, fontis, ex quo manat, index, & testis est; ut eleganter loquitur S. Ba- silius lib. de vera Virginit. sic aeternus Filius a Patre genitus index extat, & testis paternae Sapientiae; Paterque ipse hac una Filii nativi- tate quam sit infinite sapiens, abunde manife- stat, cum illud gignendo, omnia intelligat, & comprehendat hoc unico Verbo: ut enim Si- racides noster cap. 20. 29. Sapiens in verbis producet se ipsum. 307 Secundò, eo ipso quod procedat Fi- lius ex ore Altissimi, procedit ut aeterni Pa- rentis imago, in qua veluti in speculo geni- tor ipse conspicitur. Quod delicatè particu- la illa, ex ore, designatur: verbum enim ex ore procedens expressa ad vivum est loquen- tis imago; & ut Cassiodorus ait lib. 5. Varia. in 22. Est quoddam speculum morum, nec ma- jus potest esse mentis testimonium, quam qualita- tis inspecte verborum. Quod de aeterno Ver- bo potiori jure praedicatur Sapi. 7. 26. Spe- culum sine macula Dei majestatis, & imago bonitatis illius. Quò spectat S. Basil. Hom. 16. ad id Joan. 1. In principio erat Verbum, ubi eam reddit rationem, cur Filius sit Ver- bum: Quoniam imago est genitoris, totum in se monstrans genitorem. Quò exemplo illustrat creati verbi ore prolati: Quae enim secundum

Isai. 66. 9. Deo inest decus lin- gua, re- gnumque loquendi.

Manil.

Verbum di- vinum ex ore Patris lo- quentis ut vox interna, ut sapientia.

S. Basil.

Verbum ex ore Paterno imago geni- toris proce- dit.

Cassiodo.

Sap. 7. 26.

S. Basil.

cor novimus, hac verbo proferimus, & quod loquitur, exemplar habet ejus, quod corde cogitamus. Ecce qua ratione verbum ex ore sit exemplaris sui spirans imago. Seneca pro- inde in Proverb. Imago animi sermo est; qua- lis vir, talis oratio. Quam ergo bonus sit aeternus Parens, quam sapiens, quantaque sit ejus majestas, unus ostendit Filius ex ore il- lius procedens. 308. Tertio, ea Filii processio ex ore Al- tissimi, suadet, illum procedere ut aeterni sui Patris Verbum. Quod S. Ambros. lib. unico de Filii divinitate c. 6. rectè intulit: Hoc Ver- bum nuncupatur, quia ex proprio divino ore processit, & nihil Pater sine eo aut jussit, aut fecit. Huc spectant plura sacrae Paginae, & SS. Patrum testimonia, videnda apud nostrum Didac. Ruiz à Disp. 55. ad 58. Illa dumtaxat verba expendas ex Pl. 44. 1. Eructavit cor meum verbum bonum. Aeterni Parentis verba sunt ex multorum calculo. Quibus mirè con- sonat Siracides noster, juxta memoratam su- perius translationem Agnelli: Ego ex corde Al- tissimi prodivi. Utique ut Verbum bonum, di- xeris ut Deus: nam ex bono corde, & ore bonum Verbum: tale verbum, quale cor, & os prolatoris: Cada uno habla como quien es. Cum ergo aeternus Pater sit Deus summae bo- nitatis, & sapientiae, verbum proferat neces- se est adeò bonum, & sapiens, ut ipsum etiam evadat Deus genitori aequalis, qui summam prae se ferat Parentis bonitatem, & sapientiam. Subinde argutè S. August. ad illa Davidis ver- ba: Ergo verbum bonum: & ipsi Verbo dictum est, Magister bone: & ipsum Verbum respon- dit: Quid me interrogas de bono? Nemo bonus nisi solus Deus. Dictum est, Magister bone: & dicit: Quid me interrogas de bono? Addit etiam, nemo bonus, nisi solus Deus. Quomodo ergo ip- se bonus, nisi quia Deus? Non solum Deus, sed cum Patre unus Deus. Sed illud extat in- ter nostrum verbum, & divinum, discrimen; quòd nostrum, utpote imperfectionibus ad- mixtum, menti nostrae non aequatur, sed est accidens quoddam vitalis, actus videlicet in- tellectus, quo rem concipimus, & intelligimus: at verò aeternum verbum perfectissimum est, Deoque omnino adaequatum, persona scilicet subsistens & producta. 309. Quarto, ex Paterno ore prodire di- citur Filius, quia ut sermo prodit, & locutio. Unde Camerarius effert Siracidis verba, Ego Sermo sum Dei. Sermo enim est oris partus, & in divinis terminus productus per intellectu- nem. Quapropter Dei Filium rectè posse ap- pellari sermonem ex ore Dei prodeuntem, li- quet ex inspiratis litteris & Doctoribus. Vi- dendi nostri Salmeron, Toletus, & Maldo- natus ad cap. 1. Joan. & P. Didacus Ruiz, de Trinitate disp. 55. sect. 5. Atque Sap. 18. 14. & ad Hebrae. 4. 12. divinum Patris Verbum Sermo appellatur. Imò Hebraea vox dabar est sermo, verbum, eloquium: & Graeca λόγος, quae solet veri Verbum, significat etiam sermonem. Quam lectionem saepe retinent antiqui Docto- res. Tertull. adver. Praxeam c. 5. 7. 8. & 11. Eructavit cor meum sermonem bonum. Pl. 44. 1. & Pl. 32. Sermonem Domini caeli firma- ti sunt. Et Isai. 10. 23. Sermonem abbrevia- tum faciet Dominus super terram. Et Joan. 11. In principio erat sermo, & sermo erat apud Deum, & Deus erat sermo. Vide S. Cyprian. lib. 2. contra Judae. c. 3. & 6. & Tertull. lib. de oratio c. 1. Concinit S. Gregor. Na- zian.

Imago ani- mi est sermo. Seneca.

S. Ambros. Ex ore Pa- tris procedit Filius ut Verbum.

Pl. 44.

Agnellus.

Tale verbum, quale cor & os prolatoris.

S. August.

Filius ex ore Patris ut sermo aut locutio.

727

Pl. 44. 1. Isai. 10. 23. Joan. 1. 1.

S. Nazian.

s. Nazian. Concinit S. Gregor. Nazian. Carmine 2. in Arcanis. — à magno pendetque Parentis Editus ex illo Sermo, qui temporis experts, Effigie in sese Patris exprimit, undique & illi Pat est natua, Deus ingens Filius. Constan. Constantinus Manasses in Annalibus: Perfe- ctus ille Dei sermo rerum opifex omnium. Et S. Synesius Hymno 4. Sermo, quem magno Cum Pater cano. Mens ineffabilis Parit te Patris: Et tu conceptus Sermo es Patris. His adjuuge locutionis vocem, quam Filio ex paterno ore procedenti Patres attribuunt. Unum audias S. Fulgentium lib. 3. ad Trafi- mundum c. 18. Non tunc nata est Christi di- vinitas in se, cum nata est pro nobis in carne. Fuit infans Verbum secundum carnem, & fan- di non habuit facultatem: sed idem Verbum Deus, nullo unquam potuit cohiberi silentio, quia ipse est Patris sempiterna locutio. 310 Quintò, ea oris metaphora suadet, posse Dei Filium metaphoricè appellari vo- cem Patris. Plato (ut scribit Plutar. lib. 4. de placitis Philosoph. c. 19.) vocem definit, spiritum per os à mente ductum. Observatque c. 20. Platonem ipsum, Pythagoram, & Aristotelem existimasse, vocem esse incorpoream. Id quod in Verbum divinum verissimè cadit, quod est vox purè spiritualis, & incorporea, à mente divina quasi per os deducta. Par- co multis Sanctorum ad rem nostram effa- tis, uno contentus sum Lactantii Firmiani scriptoris sapientissimi, & antiquissimi testimo- nio lib. 4. de vera Sapient. c. 8. Cum enim ex- penderet Dei Filium esse Parentis sermonem, & Angelos esse Dei spiritus, ita loquitur: Sed tamen quoniam spiritus, & sermo diver- sis partibus proferuntur; siquidem spiritus na- ribus, ore sermo procedit; magna inter hunc Dei Filium, & ceteros Angelos differentia est. Illi enim ex Deo taciti spiritus exierunt, qui non ad doctrinam Dei tradendam, sed ad mi- nisterium creabantur. Ille verò cum sit & ip- se Spiritus, tamen voce ac sono ex Dei ore pro- cessit, sicut Verbum, èa scilicet ratione, quia vo- ce ejus ad populum fuerat usus, id est, quia ille magister futurus esset doctrinae Dei, & cae- lestis arcani ad homines perferendi. Merito igitur sermo & Verbum Dei dicitur, quia Deus procedentem de ore suo vocalem spiritum, quem non utero, sed mente conceperat, inexcogitabi- li quadam majestatis suae virtute, ac potentia, in effigiem, qua proprio sensu ac sapientia vi- geat, comprehendit, & alios nem spiritus in An- gelos figuravit. Nostra voces licet aura misce- antur, atque evanescent, tamen plerumque per- manent litteris comprehense: quanto magis Dei vocem credendum est & manere in aeternum, & sensu ac virtute comitari, quam de Deo Pa- tre, tanquam rivus de fonte traduxerit? Haec Lactantius, quae confirmat Siracidis verbis: Ego ex ore Altissimi prodivi, &c. Nequis mi- retur (ait ille) ex Deo Deum prolatione vocis ac spiritus potuisse generari. 311 Postremò, hic observandum; Dei verbum, etsi à Paterno ore procedat ut vox; minime tamen procedere ut vocem ore pro- latam, ut prolativam, ut pronuntiativam. Sic enim definiunt plures Ecclesiae Patres, P. Ildeph. de Flores in Eccles.

& Concilia adversus Haereticos Arrianorum nonnullos. Adducit Heraldus haec ex Epi- stol. S. Ignatii ad Magnesianos: Unus Deus, est omnipotens, qui seipsum manifestavit per Jesum Christum filium suum, qui est ipsius Verbum, non pronuntiatum, sed substantiale. Neque enim est articulati sermonis vox, sed divina efficacia genita essentia. Ast verò quo- niam ea prolatae vocis, seu pronuntiati Ver- bi nomenclatura, Haeretici significare vole- bant, Verbum divinum naturà esse diver- sum à Patre proferente; si hic error longè amandetur, poterit bono planè sensu dici, Dei Filium eatenus esse Verbum, sermonem, seu vocem prolatae, quatenus producitur, & procedit, non articulata ab ore aliquo corporeo; sed ab intellectu Paterno, & sub- stantia genitoris ipsa mentis operatione. At- que in hoc sensu intelligendus Tertullianus lib. 8. contra Praxeam c. 8. ubi scribit: Pro- latum dicimus Filium à Patre. Et rursus: Protulit Deus sermonem, sicut radix fructem, sicut fons fluvium. Cui consonant S. Hilar. lib. 6. de Trinit. & Ricardus de S. Victor. lib. 6. de Trinit. c. 12.

Filius est vox non ar- ticulata. S. Ignati.

Quo sensu prolatus dicitur Fi- lius. Tertull.

SECTIO II.

Sensus alter illorum verbarum: Ego ex ore Altissimi prodivi: juxta aliam oris accep- tionem pro voluntate.

312 Statuimus numero 296. os saepe usur- pari in sacra Scriptura pro voluntate. Inde lucem damus illi Theologorum quaesito; An Verbi divini generatio sit, ne- que ne? Rogaverim ego, an dici possit esse ex voluntate, ita ut de se Filius praedicet: Ego ex voluntate Altissimi prodivi? Nam hoc pro- prium esse videtur solius Spiritus sancti. Enim verò, ut obstacula removeamus, remque bre- vi definiamus; aeterna Verbi generatio ne- que voluntaria, neque ex voluntate est, si his nominibus indifferentia, & libertas, deli- beratio, & consilium significentur: neque etiam voluntaria est, neque ex voluntate, ut generandi principio. Est tamen voluntaria vo- luntate concomitante, complacente, & gau- dente. Non enim Pater Filium generavit coac- tus, ac nolens, sed omnino volens, compla- cens, & gaudens in tanti fetus generatione, & parturitione, illumque ardentissimè a- mans. Atque in hoc sensu dicitur à SS. Pa- tribus, Dei Filius ex voluntate Altissimi pro- cedere primogenitus; & voluntariam esse ejus generationem. Sic Ecclesiastici nostri verba capit S. Ambros. lib. 4. de fide, c. 4. Dicit enim Sapientia Dei: Ego ex ore Altissimi pro- divi: hoc est, non coacta, sed libera: non po- testati obnoxia, sed nata generationis arcana privilegio dominationis & jure potestatis. Atli- pulantur alii Ecclesiae Magistri. S. Clemens; Rom. l. 7. Constit. c. 42. Filium ante saecula, volente Patre, genitum. S. Athan. in Evang. de sanct. Deipara ait, Verbum esse ex voluntate Paterna. Richardus de S. Victor. lib. 6. de Tri- nitat. c. 6. Filius procedit ex voluntate Paterna. Et lib. de Synodis propè mediū: Nativitatis adeò perfecta natura est, ut qui ex substantia Dei natus est, etià ex consilio ejus, & voluntate nascatur. 313 Cæterum, locutio illa, Ego ex volun- tate Altissimi prodivi, si expendatur sermo- nis proprietate, videtur significare, non so- lum

An Verbi generatio voluntaria sit, aut ex voluntate.

Voluntaria est ex vo- luntate con- comitante & complacente.

S. Clemens; S. Athanas.

Richard. Victori.

An etiam ex voluntate.



quodammodo procedente ut principio.

Didac. Ruiz.

lūm voluntatem concomitantem, sed voluntatem generandi quodammodo præcedentem ut principium generationis. Non diffieor id affirmare, nostri Didaci Ruiz auctoritate suffulcus disp. 93. de Trinit. sect. 2. num. 14. conclus. 2. Qui sapienter notat, negantes voluntatem generandi esse quodammodo præcedentem ut principium generationis, minime posse plenè satisfacere memoratis SS. Patrum testimoniis. Quod ipse etiam ratione fulcit: quia principium quo generandi est integra natura divina, prout est fecunda per sui cognitionem, primæ personalitati conjunctam: Sed integra natura divina essentialiter includit voluntatem generandi, id est, complacentiam, & charitatem Patris erga Filium, sicut includit reliquas perfectiones absolutas: Ergo principium, quo generatur Filius, est etiam cum aliis perfectionibus hæc voluntas, & charitas, quatenus includitur essentialiter in natura divina; non verò prout voluntas, seu charitas conditincta ab intellectu. Itaque dixissem, illa verba, Ego ex voluntate Altissimi prodivi, ita esse edulserenda, ut ea enus Filius dicatur produsse ex voluntate Patris, quatenus procedit ex substantia Paterna, cum qua idem est voluntas; tamen nequaquam procedat ex voluntate, ut operatio est formaliter distincta, & præcisâ ab intellectu. Ut hæc luculentiora tibi sint, consule Didacum nostrum disput. 94. sect. 2.

Patris complacentia, & gaudium in Filii generatione declaratur gutturis seu palati metaphora.

314 Verum-enim- verò, missis his formalitatibus ad Theologiam scholasticam spectantibus, lubet expendere, & illustrare priorem illam interpretationem, ex ore Altissimi prodivi, id est, ex voluntate concomitante, complacente, gaudente & impensè diligente æternam ipsam Filii generationem. Complacentia hæc apertissime designatur oris metaphora. In ore enim nostro, non solum instrumenta ad sermonem necessaria habentur: sed ad ciborum, ferculorumque delicias, & lautitias percipiendas adest guttur, & palatum, ubi saporis regnum, & gustus. Qui guttur & palatum in intellectu & voluntate, internoque ore quæsit, invenit.

Prov. 8. 7.

Salomon Prov. 7. 8. Veritatem meditabitur guttur meum. Hebraicè, Veritatem loquetur palatum meum. Certè dum internè loquimur, remque dicimus externè, si affectu benevolo, & voluntate complacente id fiat, dicentur verba ceu à guttore palatoque procedere, ibidemque versari tanquam prædulce quid gratissimi saporis. Inde S. August. premens illud Psal. 36. 30. Os justi meditabitur sapientiam. sic illustrat: Ecce ille panis: videte quàm libenter manducet justus iste, quomodo verset in ore suo sapientiam. Quasi sapientia sit scitissimi saporis cibus, qui suavissimè degustatur: & tot ipsa subministret sapientibus tercula, quot gratas manifestat veritates. Qua propter Sapientia definitur solet, sapida scientia: & Proverb. 8. v. 1. & 2. describitur suis apponens coram splendidissimū, lautissimumque convivium omnia honestissimæ voluptatis blandimenta complectens: Sapientia edificavit sibi domum: id est, cænaculum seu triclinium: miscuit vinum, & proposuit mensam suam. Anastasius Nicenus Quæst. in Scripturam q. 4. Et paravit mensam suam, scilicet Trinitatis cognitionem. Igitur non absimili metaphora, etiam longè præstantiori ratione Pater

S. August. Psal. 36. 30.

Sapientia, id est, sapida scientia.

Prov. 8. 1.

Anast. Nicenus.

æternus, dum verbum suum divinum per intellectum generat, voluntate concomitante, ceu gutture, & palato oris verba, gūtat & regūtat panem vitæ, & intellectus. Et enim Verbum divinum, ut Clemens ait Alexandrius 1. Pædago. c. 6. Cibus, & caro, & nutrimentum, & panis, & sanguis, & lac. Et a S. Aug. tract. 1. in Joannem appellatur Filius, Patris æterni cibus, qui maximè ejus palatum oblectat: cibus, quo ille pascitur, quo vivit, quem nunquam non gutture suo versat. Unde illud æterni Parentis: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui. Matt. 3. 17. Græcè: In quo valdè delector.

315 Aut unde hæc Verbo divino dulcedo? unde tantus illi sapor? Planè ex generatione æterna, & paterna; necnon & à Spiritu sancto, qui est ipsamet delectatio, & suavitas in facto esse, & ab ipso Filio est, ejusque generationem inseparabiliter comitatur. Inde pulcherrimè S. Cyrillus lib. 13. Theaur. c. 3. Qui mel gustarunt, ex qualitate propria ipsius serverunt, quia mel dulce est, sic & Spiritus sancti particeps Jesum cognoscit, Dominum esse. Ex substantia igitur Filii Spiritus sanctus est, & quasi Dei ipsius qualitas ex ipso est. Et lib. 14. c. 1. Spiritus sanctus ab eodem appellatur qualitas deitatis Filii. Et lib. 6. Dialogorum de Trinit. colum. 5. qualitas sapiens divinitatis: mel nempe dulcissimum, & dulcedo omnium maxima, qua veluti inpergiuntur Filii generatio, & dulcissima redditur Genitori, ut evadat Filius sapientia, id est, sapida scientia, ex paterno ore. Audiendus hic Ferrus Abbas Celsensis lib. 1. de Panibus c. 1. Mensa illa Trinitatis cubi unitus in unitate substantia, panes habet absconditos, vinum semper novum, nitas plena fercula æterna, & beata. Ministerium aliis creatura non admittitur, neque Cherubim, neque Seraphim ad mensam illam. Sibi invicem ministrant, Pater Filio, Filius Patri, Spiritus sanctus Patri, & Filio; Pater, & Filius Spiritui sancto, missionem seu donationem. Pulmenta, imò fercula hujus mensa tot sunt, quot sedent ad mensam; talia sunt, quales sunt, quorum est mensa.

Verbum divinum cibus prout est Patris.

Æterni verbi dulcedo à Patre, & ab Spiritu sancto, quatenus est deitatis veluti qualitas dulcissima.

Abbas Celsensis.

Mensa Trinitatis plena ferculis dulcissimis.

Ab illa mensa, & Verbi æterni dulcedine emanat sacra Scriptura dulcedo, quasi ab ore Dei.

Psal. 118. 103. S. Aug.

Imò & Eucharistia convivium mellissimum.

316 Ab hac sanctissimæ Triados mensa, & increati Verbi divini dulcedine, suam omnem trahit dulcedinem multiplex Sacrarum Scripturarum verbum, quod ad similitudinem æterni Verbi, ex Altissimi ore procedit, juxta usitatam illam Prophetarum locutionem Isai. 1. 20. Os Domini loquutum est. Et c. 30. 2. Os meum non interrogastis. & Jerem. 15. 14. Quasi os meum eris. Quanta verò ex sacris litteris voluptas hauriatur, quantaque saporum prælibentur oblectamenta, ostendit David Psal. 118. num. 103. Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo! Ideò S. August. lib. 9. Confessio. c. 4. divinas litteras appellavit de melle cæli melleas. Qua de re, ne actum agam, videtis nostrum Mendozam to. 1. in lib. Regum Annot. 1. Procem. sect. 3. à num. 64.

317 Rursus ab illa Triados mensa descendit ad nos Eucharisticum convivium, in quo augustissimum illud Numen in ferculo speciem conformatur, ut suavissimè degustetur, omnibus proponitur. Tractat hæc celestes dapes, verasque delicias æternus Pater in ore, id est, intellectu suo, jucundo sensu linguæ, seu palati, id est, voluntate cõcomitante, & complacente; omnem saporis lautitiam

in uno ferculo sentit mirabiliter inclusam. Quare, ut divinæ suæ largitatis, & munificentiae amplissimum apud nos extaret, persisteretque monumentum, totum illud suæ mensæ ferculum liberaliter hominibus contulit, ut hoc uno epulo mens ipsa pascatur, voluntas recreetur, & sensus omnes incredibiliter exhilarentur. Et quia istiusmodi Epulæ capi à nobis non poterant, nisi humano condrentur modo, ferculum suum id est, Filium suum, humanitatis fecit consortem. & quantus quantus ille est, tenuissimo externarum qualitarum, panis scilicet, & vini amictu obvelatum nobis degustandum largitus est. Sic æternus Pater panem suum ex ore suo, & palati sui delicias epulandas nobis proponit. Fuc como quitarse el pan de la boca, por dar nosse à nosotros. Non quia Filius, relicto Patre, ut à nobis capitur, in cibum datus sit; sed quia Pater participes nos fecit suæ mensæ ac divinarum epularum, quibus ipse ab æterno, & in æternum pascitur. O Deum, si fas est dicere, prodigum sui! exclames opportunè cum Guerrico Abbate Ser. de Pentecost. Retè proinde S. Chrysol. Sem. 1. Mensa Patris nos alit virtutis cibo, salutis epulo, delictis honestatis & gloriæ. Huc spectant prophetica illa verba de almo Eucharistia Sacramento cum intuitu ad manna datum olim Israelitis: Paratum panem de calo præstitisti illis sine labore, omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suavitatem. Substantia enim tua dulcedinem tuam, quam in filios habes, ostendebat, & deserviens uniuscujusque voluntati, ad quod quisque volebat, convertebatur. Sapient. 16. 20. Porro substantiam Dei appellat vel ipsam divinam naturam, divinitatemque, quæ quasi uberibus, & papillis admotis mortalium palato, dulcissimum Eucharistia nutrimentum illis infillabat: vel potius substantiam dicit Verbum divinum humanam naturam indulum, & in cibum nobis datum; quod est substantia Patris. Ita Optatus citatus ibi à Glossa Ordinaria, & Fulgentius in Responf. contra Arian. ad 4. object. Hæc substantia omnem Patris dulcedinem ostendit, qua ipse perfruitur, & exhilaratur; & qua frui nos voluit in Eucharistico ferculo, ubi panis datur omne delectamentum in se habens & omnis saporis suavitatem. Græcè est, omni accommodatus gustui: vel coherens aptissimè, & quasi harmoniam cum ipso gustu sensu efficiens. Quid dulcius? Quid suavius? Verè prædictum à Regio Vate Plal. 67. v.

Eucharistia ex ore Dei, Deique cibus & imensa, & substantia.

Guerric. S. Chrysol.

Sap. 16. 20.

Psal. 67. 11.

bandum restat, tertiam Triados personam illis etiam verbis contineri: Ego ex ore Altissimi prodivi primogenita. 319 Etenim si oris metaphora, qua usus est Siracides noster ad divinam generationem explicandam, rationis utinam mandatur, erit inde facile Spiritus sancti productionem deducere. Ex ore enim duo anè distincta, & inter se inseparabilia procedunt; nimirum Verbum, & respiratio, seu spiratio. Unde factis consequenter, & connexè, dum ex ore Patris secunda Trinitatis persona procedere ut genitum Verbum, ut sermo, ut vox dicitur; significari putandum est, ab eodem ore, Verbo, Sermone, & voce Spiritum sanctum procedere per spirationem ut halitum. Ut enim S. Gregor. Nyssen. Orat. catechetica c. 2. Spiritus Verbum consequitur, & ejus declarat operationem: sicut exterior locutio, significatioque conceptuum formari nequit nisi in ipso habitu respirationis. 320 Probo hæc meam cogitationem, illorum Patrum testimoniis, qui autumant, Spiritum S. à Dei ore procedere. Sic Sanctus Athanasius dial. 1. de S. Trinit. contra Anomæum, ibi de Spiritu S. ait non semel: Spiritus est oris spiritus, quoniam is est, qui docet. Addit etiam; Spiritus S. ex ore est. Sanctus Basilius lib. unico de Spirit. S. cap. 16. & cap. 18. Spiritus sanctus non per generationem, ut Filius, sed tanquam spiritus oris ejus. Sanctus Cyrillus Alexan. lib. 13. Theaur. cap. 3. loquens de Spiritu S. Ex ipsa substantia Dei prodiens sicut & Spiritus, qui ab humano procedit ore. Vide alios Ecclesiæ Doctores, & enarratores sacros ad illud Davidicum, Et spiritus oris ejus omnis virtus eorum. Plal. 32. 6. Ubi spiritus oris explicat Spiritum sanctum. Consonat præclare Origenes Homil. 2. in varios: Ut enim qui loquitur, in verbo, quod loquitur, necessario spiritum prostat; ita Deus Pater & Filium suum gignit, & Spiritum S. per genitum Filium producit. Similia habent S. Cyrill. lib. 9. c. 44. & dialogo de Trinit. lib. 2. & S. Ambros. lib. 1. de Spirit. S. cap. 10. 321 Accedo in alteram cordis metaphoram, juxta translationem illam: Ego ex corde Altissimi prodivi. Pulchrum sanè symbolum ad explicandum augustissimum Triados mysterium. Sed præmoneo cum S. Nazian. Orat. 37. quæ est 5. de Theologia: Quamvis exiguam aliquam similitudinem invenerim, major tamen me pars fugit, humique cum meo exemplo relinquit. Ergo Trinitatis umbram, etsi rudem, cor scilicet humanum, ejusque dotes, ob oculos propono. Multa de corde prædicant Philosophi, & Medici, ex quibus ea, quæ rei nostræ splendorem conciliare possunt, seligam ex Arist. ex Galeno, & Plinio. Dandi no nostro, nostrisque Conimbricenti. 322 Atque in primis, existimant nonnulli, cor in humano corpore supremū obtinere principatum. Unde, ut ex Chryippo Galenus refert li. 3. de Hipo. & Plato. decretis, cor Græcè dictum uagōra à ugaris id est, dominio, & principatu: qui eatenus cordi conceditur, quatenus ex communi Scriptorum placito, primus fons vitæ est, & scaturigo, vitæque functionum primordium, utpote à quo vitales omnes operationes dimanant. Unde ab Aristot. lib. 2. de generat. animal. cap. 2. dicitur cor primò vivere. Et propterea Proverb. 4. 23. habes: Omni custodia custodi cor tuum, quia pinnus visus

Ex ore Verbum, & Spiratio, seu respiratio, id est, Filius, & Spiritus sanctus.

S. Nyssen.

S. Athanas.

Spiritus sanctus ex ore Dei tanquam spiritus.

S. Basilius.

S. Cyrillus.

Ubi Pl. 32. 6. Origenes.

Cordis mensuraphora explicatur Trinitatis mysterium. S. Nazian.

Cor supremum obtinens principatum.

SECTIO III.

Pulchrè probatur arcænum Triados mysterium ex illis Verbis: Ego ex ore sive ex corde Altissimi prodivi primogenita.

318 Ergo, & ex præjactis Ecclesiastici verbis, non quia tantum Patris, ac Filii personas, sed tertiam quoque, sanctum videlicet Spiritum indigitari contendo. Atque in primis æternum Genitorem eà Altissimi nomenclatione designari, quemadmodum etiam primogenitæ Sapientia nomine Filium ipsum, claris ex hæctenus dictis constat, quam ut probatione indigeat. Hic igitur pro P. Ildeph. de Flores in Eccles.